

1442. medio Aug.

Ex Orig. Arch. Regni.

537.

Vladislai Regis super summam
200. marcarum Petro de Sprowa
Palatino Leopoliensi in villa Jasie,
Vniuersa cum Luppa ibidem in seripo.

Vladislaus Dei gratia Hungaris, Polo-
nie, Dalmaeis, Croacia etc Rex, Lith-
uanique Princeps supremus et haeres
Rusie etc. Significamus tenore pre-
sentium quibus expedit universis, Quod
nos animadvertentes ad multiplicia stu-
diosaque meritum obsequia magnifici
Petri de Sprowa Palatini Leopoliensis
Haliciensis et Samboriensis Capitanei
sincere nobis dilecti, quibus maiestati
nostrae suo personali aduentu huc ad
nos, quem fecit ad mandatum nostrum
satis ponderose cum familiarum suarum
notabili exultatu in propriis sumpti-
bus et expensis gratissime placere
meruit et poterit complacere prestan-
tius infuturum, sibi horum intuitu
suisque liberis in et super villa no-
stra Jasienica in terra Rusie et di-
stricte Samboriensi site ducentas mar-
cas monete et numeri Polonicae,
quadraginta

quadraginta octo grossos in marcā quam-
libet computando dedimus, ea eo speia-
liter, quod prædē Turcum inimicum
olim Cesaris Turcarum longo tempore
propriis fovit expensis, damusque et as-
signamus atq; inscribimus per presentes
per ipsū Palatinum et suos liberos ad
omnibus dictæ villæ utilitatibus, fructi-
bus, censibus, redditibus, proventibus,
nempe cum Luppa ibidem et aliis ob-
ventionibus, ac etiam agris, pratis, cam-
pis, sylvis, menis, gajis, virgultis,
fluminibus, lacubus, piscinis, piscatu-
ris, aquis, molendinis, emolumentis,
venationibus, aucupationibus, attinen-
tiis et appendiciis universis habendum,
tenendum, uti fruendum et pacifice pos-
sidentium ita diu, quousque sibi vel
suis Successoribus legitimis dictas du-
centas marcas monetas et numeri prædi-
ctorum exsolvantur ea integro per nos
vel Successores nostros, quibus exolu-
tis, dictæ villæ pariter et Luppa
huiusmodi possessio devolvetur ad nos
et ad Successores nostros, jure nostro
regalibus

Regalibus et stationibus salvo semper
 manentibus. In cuius rei testimonium
 sigillum nostrum presentibus est
 subappensum. Data in Actwianay
 feria tertia infra octavas Assumptio-
 nis beate Marie Virginis, anno Do-
 mini millesimo quadringentesimo qua-
 dragesimo secundo.

Subscriptio manu
 propria Vladislai Regis.

Actum per Albertum de Zycelin Re-
 gni Poloniae Vicecancellarium.

Jakopia przepisana jest z oryginału
 pergaminowego amhiłowanego, u
 którego wisi pieczęć na zawieszce per-
 gaminowej, Roku Pańskiego 1705.
 dnia 21. miesiąca Maja.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]